



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

66. An Principum Ianitores, Ostiarij, &c. percutientes clericos sub pretextu Officij possint absolui Episcopo, quamvis percussio grauis sit modo non sit enormis? Et an Officiales non fortuito, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

Ecce in Refo-
lutionibus
et seq.

Quos casus explanat Fragos. de Rep. Christ. tom. 2. lib. 1. disp. 2. punct. & Filiucius tom. 1. tract. 1. §. n. 37. qui omnes reducitur ad tria capita, quæ inveniuntur in cap. Quamvis, de sent. excomm. Primò, scilicet, ad impedimentum corporale, sub quo reducuntur articulus mortis, inimicitia graves, paupertas, ægri- tudo, senectus, debilitas, cæcitas, &c. Secundò, ad im- pedimentum canonicum, quo asserit laborare servos, & filios familias, exercentes munus publicum, & ha- bentes aliam justam causam arbitrio boni viri. Ter- tiò, ad impedimentum ex juris beneficio, quo gau- dent mulieres, impuberes, Officiales arcantes turbam, ostiarii, Clerici simul viventes, Regulares, & nobi- les viri, ac delicati. Sed de his * infra.

* Infra hic
etiam à Ref.
65, usque ad
74. exclusi-
ve.

RESOL. LXIII.

An quis, si pro enormi percussione non potest adire Pon- tificem, teneatur Romam mittere Procuratorem, vel epistolam pro absolutione? Ex p. 9. tract. 4. Ref. 48.

Sup. hoc inf. §. 1. Negativè respondet Rodriq. in Summa, tom. 1. in Ref. 72. §. Sed tria. ad lin. 4. & lege Ref. not. seq. & in to. 9. ti. 7. ex Ref. 117. decretato in Derecho, la qual puede hazer, no sola- mente el Obispo del delinquente descomulgado, mas aun el donde se hizo la percussione, como lo nota Ino- cencio. y lo tiene alegando otros la Cappella Tolosa- na. Tambien puede el Opiso absolver de la enorme, quando no se puede acudir al Papa, ni à otro, que tenga authoridad para la absolucion. Ni basta, que pueda embiar por la absolucion, para que el Obispo no abuelva; porque no obliga el Derecho à este des- comulgado à embiar à Roma por ella, mas quiere que si puede vaya, y no pudiendo, que acuda à su Obispo, como lo nota Navarro cap. 7. n. 96. Ita ille, cui adde Coninch de Sacram. disp. 14. dub. 16. n. 241. Henriquez lib. 1. 2. cap. 3. n. 1. & lib. 6. cap. 9. n. 7. in Glossa lit. O. San- chez in Sum. tom. 1. lib. 2. cap. 13. n. 14. & novissimè Hieronymus Garciam in Sum. mor. tract. 1. diff. 3. dub. 2. punct. 5. n. 3. Castrum Palaum tom. 6. disp. 3. punct. 2. 3. §. 4. n. 18. asserentes, quod excommunicatione, seu casu Papali irretitis, qui ob legitimum impedimentum personaliter ire Romam nequit per absolutionem, po- test tamen mittere procuratorem, qui ejus nomine pe- tat, vel per epistolam petere absolutionem à Sede Apostolica, ut possit ab Episcopo suo absolvi vigore illius facultatis generalis absolventi impeditos cum onere se presentandi, licet contrarium asserat Bona- cina de cens. disp. 1. §. 3. punct. 2. cum Leone, & The- sauro; testantibus de praxi, de qua ego alibi.

Alibi sup. in
tr. 1. Ref. 197.
& in alius
ejus tot.

RESOL. LXIV.

An Episcopus possit absolvere ex quacunque percussione Clericorum, etiam si percussor possit recurrere ad Sum- mum Pontificem, dummodo percussio sit occulta? Et an ferè eadem facultas Mendicantibus Religiosis concessa sit? Ex p. 9. tract. 4. Ref. 63.

Sup. his pro
Episcopis &
Religiosis,
magis late
infra in Ref.
74.

§. 1. Respondeo affirmativè: etenim ex Tridentino sess. 24. cap. 6. de reform. omnibus Episcopis, seu Episcopalem jurisdictionem habentibus conceditur potestas absolventi ab hac, & ab omni alia excommu- nicatione, modò delictum occultum sit, neque ad for- um contentiosum deductum: Mendicantibus verò Religiosis ferè eadem facultas concessa est. Et ita te- net Squillante de privil. Cleric. cap. 6. n. 110. Castrum Palaus tom. 6. disp. 3. punct. 2. 3. §. 4. n. 19. & alii.

RESOL. LXV.

Quando ab Episcopo non est exigendum juramentum, ut absolvi à censura Canonici teneantur adire Pon- tificem? Ex p. 9. tract. 4. Ref. 64.

§. 1. Respondeo, ut dictum est, quod quocumque Episcopo; quando, nempe, impedimentum est per- petuum: quale est in senibus, mulieribus, morbo per- petuo laborantibus, aut iis, qui membris deficiunt: nec exigenda ab his est cautio juratoria admi- di Summum Pontificem: talis enim cautio, aut pro- missio in his esset inutilis, & ridicula. Et quavis miraculo isti postea curarentur à morbo, qui nulla naturæ vi curari potest; non tenerentur tamen adire Pontificem: quia jam plenè concessum illis est bene- ficiū. Idemque de impubere dico, postquam ado- levit: quod enim concessum est ætati, & cepit ha- bere locum, non cessat per ætatis accretionem.

2. Secundò, nonnulli, qui non habent perpetuum impedimentum possunt per Episcopum absolvi ab enormi percussione, item ob inopiam, inimicitias capitales, ægri- tudinem, & subjectionem alterius potestati, v. g. cum dominus grave patere- tur damnum ob servi man- cipiū absentiam. In quo numero interdum esse possunt juvenes, quibus iter esset periculosum: Ita de his sen- tiunt Angelus excomm. 5. n. 59. Panormit. in cap. Ex- nescitur de sent. excomm. Tabiena excomm. 5. casu 1. n. 47.

3. Terziò, officialis turbam pellens, ostiarius, & Sup- plicat Clerici sub eodem teſto viventes, quamvis non pos- sint ab enormi, possunt tamen à mediocri percussio- ne absolvi per Episcopum. Sed nec his injungitur, ut adeant Sedem Apostolicam cessante impedimento. Sed de hoc supra etiam dictum est. Et ita docet Gor- donus in Sum. tom. 2. lib. 7. q. 13. cap. 3. §. 5. n. 53.

RESOL. LXVI.

An Principum Ianitores, Ostiarii, &c. percutientes Cle- ricos sub pretextu officii possint absolvi ab Episcopo, quamvis percussio gravis sit, modo non sit enormi? Et an Officialis non fortuito, & incantè, sed à iusto iurisdic- tionis percussione ex odio Clericum, semper sit remittendus ad Papam pro absolutione, exceptis casibus legitimi impedimenti?

Et queritur in hoc casu, cui incumbit onus probandi, an fortuito, vel deliberatè Officialis, (ut supra,) per- cussit Clericum arcendo turbam, ad hoc ut declararetur excommunicatio Episcopalis, aut Papalis?

Et observatur dictis Ianitoribus, & Officialibus, (dum ab Episcopo absolventur ab excommunicatione, si quis sua- dente, contracta ob delictum enorme,) non esse injungen- dum onus se presentandi postea Sedi Apostolica, sicut etiam mulieribus, pueris impuberibus, & delicatis magna potentia id onus non injungitur. Ex p. 9. tract. 4. Ref. 55.

§. 1. Respondeo, quod Ianitor, seu Ostiarius, qui sub pretextu sui officii percutit Clericum, etiam ad per- animo injuriandi, absolvi potest ab Episcopo, quamvis percussio gravis sit, modò enormitatem non attingat. Colligitur ex c. Si vero, de sent. excomm. & ibi Glossa & Doctores. Idem dicendum est de officiali, seu apparito- re alicujus potestatis, etiam laicæ, qui arcendo turbam ex aliqua negligentia, non tamen ex proposito, Cleri- cum percutit, qui ab Episcopo absolvi potest, si percussio atrox non fuerit, ex d. cap. Si vero. Quod si atroxque sibi jurisdictionem, & quasi id licitè præstare possit, & non in defensionem ostii sibi commissi, Ecclesia- sticum percuteret, nequaquam absolvi potest ab Episcopo.

Ob Clerici percussione. Res. LXVII. & c. 161

Episcopo, esto, percussio quoad læsionem corporis levis esset: quia gravis, & atrox est comparatione injuriæ statui Ecclesiastico factæ. Itaque officialis non fortuitus, & incautus, sed titulo jurisdictionis percussus ex odio Clericum, semper est remittendus ad Papam pro absolutione, exceptis casibus legitimi impedimenti, ut colligitur ex textu in c. Si vero, §. Officialis vero, cum ibi officiali titulo jurisdictionis, & non fortuito percussus Clericum, negetur favor concessus percussenti: qui favor est solum respectu percussoris levis, & mediocris. Et ratio hujus est: quia percussio facta ab officiali titulo jurisdictionis, licet videatur levis; nihilominus injuria clericalis status est gravis: quia nulli laico, inquit textus in c. Si vero, super Clericum tanta datur autoritas. Et hac ratione Cajet. in Sum. verb. Excom. c. 10. vers. Deum circa, ait, hanc percussione Clerici titulo jurisdictionis, & autoritativè factam ab officiali laico, semper esse gravem ex circumstantia personæ lædenti, nempe, quod cum sit laicus officialis, autoritativè percussit Clericum.

2. Et tandem observanda, dictis janitoribus, & officialibus, (dum ab Episcopo absolventur ab excommunicatione Canonis. Si quis suadente, contracta ob delictum non enorme, vigore, seu beneficio juris in præallegatis textibus contenti,) non esse injungendum, onus se præsentandi postea Sedi Apostolicæ. Et ratio est: quia talis favor in prædictis juribus non conceditur prædictis personis ratione impedimenti temporalis: sed ob rationem specialem personæ tali modo viventis, vel tale munus exercentis: sicut etiam mulieribus, pueris impuberibus, & delicatis magnæ potentie idem onus non injungitur, quia privilegium ut absolvantur ab Episcopo, non conceditur ob impedimentum temporale; sed ob specialem rationem personæ, vel actus, seu delicti. Et hæc omnia docet Gordonus in Sum. tom. 2. lib. 7. q. 13. §. 5. n. 46. Suar. disp. 22. sect. 1. de cens. Bossius in discept. mor. discept. 1. dub. 19. num. 200. & segg. Castrus Palau tom. 6. disp. 3. punct. 2. §. 4. n. 16. Molina disp. 62. & alii penes ipsos. Vide etiam supra, ubi actum est de Helvetiis.

3. Sed querunt Doctores in hoc casu, cui incumbat onus probandi, an fortuitus, vel deliberatè, officialis, ut supra, percussit arcendo turbam, ad hoc, ut declaratur excommunicatione Episcopalis, vel Papalis? Innoc. in d. c. Si vero, putat incumbere ipsi Clerico percusso, ex regula: Actore non probante, &c. Contrarium tamen probat Panormitanus ibid. n. 6. quod, scilicet, onus probandi incumbat officiali præfato percussenti: quia præsumptio est contra ipsum. Placet distinctio Alexandri de Nevo in addit. ad eundem Panormitanum, littera H. Aut exercendo officium percussit: & tunc est vera opinio Innocentii: nam ratione officij excusatur quis a dolo præsumpto, nisi contrarium probetur. Aut percussit non exercendo suum officium, quia, v. g. non aderat turba, quæ attendenda erat: & tunc est vera opinio Panormitani; quia tunc præsumptio est contra ipsum. Et hæc omnia docet Leone de censuris, re collect. §. num. 430.

RESOL. LXVII.

An Episcopus possit absolvere Clericos, qui Collegialiter vivunt vel in Seminariis, Convictoribus se invicem percussentibus, non percussione levi, sed gravi? Et notatur, quod quando dictis Clericis Collegialiter viventibus ab Episcopo absolutio censura impertitur, non est eis onus imponendum præsentandi se postea Sedi Apostolicæ. Et quid est dicendum in prædicto casu de pueris ministrantibus in Ecclesia Cathedrali, vel alia Ecclesia, qui ibi communiter vivunt, & sustentantur de redditibus ab Ecclesia ad id deputatis?

Tom. V.

Et quid de aliis pueris, qui in domo communi vivunt sub aliquo moderatore eorum? Ex p. 9. tract. 4. Res. §. 8.

§. 1. **R**espondeo, quod Clerici in eadem domo comm. alantur, uti contingit in Seminariis Concilii Tridentini, & Collegiis Universitatum, sive unusquisque ad sui sustentationem concurrat, ut in Convictoriis Scholasticorum evenit, possunt ob percussione gravem, modò atrox non sit, ab Episcopo absolvi, ex textu in c. Quoniam de vita, & honestate Clericorum. Quia ratione communis vitæ facilius inscuntur, seque invicem percussunt, l. Cujus pater, §. Dulcissimis, ff. de legatis, 2. idè quæ fuit conveniens, ne pro qualibet injuria ad Sedem Apostolicam remitterentur. Sicuti tradit Panorm. in dict. c. Quoniam, n. 3. Sylvest. verb. Absolutio, 4. n. 3. Navar. c. 27. n. 91. Sayrus lib. 3. c. 28. n. 26. Et ideo Hieron. Garcias in Sum. mor. tr. 1. diff. 3. dub. 2. punct. 5. n. 39. sic ait: [Regularmente toca el absolver de la percusion grave, y mediana, al Romano Pontifice, y a su Legado. Exceptase empero lo primero, que los Obispos pueden absolver de la mediana a los Clerigos que viven en comunidad.] Ita ille.

2. Notandum est tamen hic ex Bossio in discept. mor. de juris discept. 1. dub. 19. n. 202. quod quando dictis Clericis collegialiter viventibus ab Episcopo absolutio censuræ impertitur; non est eis onus injungendum præsentandi se postea Sedi Apostolicæ: quia, ut sup. dictum est de janitoribus, & ostiariis Principum, talis favor in iure non conceditur prædictis ratione impedimenti temporalis, sed ob rationem specialem personæ tali modo viventis: ergo. Vide Suar. de cens. disp. 22. sect. 1. n. 83. Alterium tom. 1. disp. 22. c. 2. dub. 4. Bonac. disp. 2. q. 4. punct. 5. n. 3. Gordonus in Sum. 10. 2. lib. 7. q. 13. §. 5. n. 47. & Leon. de cens. re collect. §. n. 427. qui cum Molina tom. 4. disp. 62. exemplificat hoc non solum in commorantibus in Seminariis, & in Collegiis Collegiorum Universitatum; sed etiam in pueris ministrantibus in Ecclesia Cathedrali, (vel alia Ecclesia, addo ego, ut est Neapolit. Ecclesia B. Mariæ Annunciatæ, Incurabili, &c.) qui ibi communiter vivunt, & sustentantur de redditibus ab ea Ecclesia ad id deputatis; imò etiam in Clericis, qui in domo communi vivunt, sub aliquo moderatore eorum, esto, ipsi ad suam sustentationem contribuant, ut sunt Convictoria Scholasticorum, vulgò, Dozzine: nam in omnibus istis militat ratio, scilicet, quod majorem multò occasionem habeant se invicem percutiendi, quàm habeant alij, durumque esset illos remittere ad Sedem Apostolicam pro percussione, quæ non sit atrox, & enormis, sed tantum mediocris. Ita Leo, ubi supra.

RESOL. LXVIII.

An Episcopi possint absolvere impuberes, qui Clericum percusserunt?

Idem est dicendum de puellis puberibus.

Et docetur, quod tales non tenentur postea se Sedi Apostolicæ præsentare, etiam si pueri impuberes doli tamen capaces, non petant absolutionem ante pubertatem, quamvis læsio facta tempore impubertatis sit enormis? * Sup. hoc.

Ex p. 9. tract. 4. Res. §. 8.

§. 1. **R**espondeo, quod pueri impuberes, & sic minores quatuordecim annis, & puellæ puberes incidentes in hunc Canonem c. Si quis suadente, &c. in alium quemcunque, possunt absolvi ab Episcopis diocesanis, c. Pueris, 60 de sent. excom. Sylvest. ver. Absolutio, 4. n. 3. vers. Quintus, dummodo sint doli capaces: sed hic inf. nec tenentur se postea Sedi Apostolicæ præsentare; quia beneficium semel indulum minori, ex quo cepit habere locum, non extinguitur per ætatem majorem

Sup. hoc. res. 65. §. 1. & pro difficultate impuberes incurrant hanc censuram sup. in tr. 1. ref. 108. §. Verū. Sed hic inf. pro quest. hujus ref. Vide §. Hinc ref. 71.

O 3 super